

BREVARIUM

PHILOSOPHIÆ
SCHOLASTICÆ

II

IMPRIMATUR

Sancti-Deodati, die 3^a augusti 1863.

+ LUDOVICUS-MARIA.

Episc. Sancti-Deodati.

Posita licentia D. Illust. ac reverendissimi episcopi
Sancti-Deodati, imprimatur.

Rhedonis, die 20^a septembris 1867.

+ G., Arch. Rhedonensis.

REIMPRIMATUR

Sancti-Deodati, die 18^a augusti 1877.

+ MARIA-ALBERTUS.

Episc. Sancti-Deodati.

BREVIARIUM

PHILOSOPHIÆ
SCHOLASTICÆ

AUCTORE

EUGENIO GRANDCLAUDE

DOCTOR IN SACRA THEOLOGIA ET IN JURE CANONICO, PHILOSOPIA
PROFESSORE

—
Editio nova, aucta et emendata
—

TOMUS SEUNDUS

METAPHYSICA SPECIALIS.



PARISII

SUMPTIBUS ET TYPIS P. LETHIELLEUX, EDITORIS
4, via Cassette, et via Rhedonensi, 75.

BREVIARIUM

PHILOSOPHIÆ
SCHOLASTICÆ

METAPHYSICA SPECIALIS

COSMOLOGIA

1. — Aggredimur ad metaphysicam specialem, quæ versatur circa mundum, hominem et Deum singillatim spectatos. Hanc maximi momenti tractationem incipiemus a Cosmologia, qua mundum corporeum incorporeo quodam modo, seu intellectu, non sensibus, spectatum disserit. Hanc enim tenemus methodum in nostra Metaphysicae specialis explicatione, ut ab inferioribus et crassioribus ad superiora et nobiliora assurgamus, atque hoc pacto cognitionis nostræ ordinem sequanur.

Et sanè in cognoscendo a rebus corporeis auspicamur; et deinde ad nostras ipsas cogitationes et operationes earumque principia, devenimus; postea gradum facientes ad seriem principiorum extrinsecorum, Deum ipsum detegimus. Haec ergo erit nostra disserendi ratio, ut à mundo corporeo ad animum humanum, ab animo ad Deum ex ordine gradiarum : itaque prima tractatio erit de mundo; secunda, de homine; ultima, de Deo (203).

2. — Cosmologia est scientia mundi. Per mundum generativum intelligitur tota rerum creatarum collectio; sed

in praesens non assumitur in hac generalissima acceptance, sed duntaxat pro rerum sensibus subjectarum collectione.

Tractationem hanc nostram quæ circa illud objectum versatur, sic partimur: considerabimus in primis mundum visibilium in communi, quatenus est rerum sensibilium compages; postea ad præcipias entium classes quibus coalescit, perspicacias devenientes. Hinc primum cosmologie caput erit de mundo visibili generativi inspectio; secundum, de mundo visibili quoad præcipua genera entium quibus constat.

CAPUT I.

DE MUNDO VISIBILI GENERATIVI INSPECTO.

3. — Quoad mundum generativum inspectum, considerare debemus ejus originem, quatenus a Deo dimanat, neconon hanc continuam extensionem in qua haec rerum visibilium universitas continetur. Deus enim mundum, quem creavit, in spatio collocauit, et exinde duo sponte nobis occurunt statim consideravit: 1^o quomodo mundus a Deo procedat; 2^o quid sit spatium, in quo Deus corpora locavit. Itaque praesens caput duos continet articulos.

ARTICULUS I.

De origine mundi.

4. — THESIS. *Mundus 1^o est ens compositum, mutabile et contingens, ac prout 2^o concipi debet ut ens ab alio.*

Prob. 1^o pars. I. Experiencia ipsa invictè manifestat hanc mundi compositionem, nam 1^o semper dissolutionem quorundam corporum dispergit, præterquam quod 2^o mundus, ut sic, coalescit variis rebus ab invicem distinctis.

II. Experiencia non minus exploratum est mundum esse ens *mutabile*, nam sensus nostri perpetuas conspiciunt mutationes rerum mundanarum, sive quoad existentiam et qualitates, sive quoad locum eī molem.

III. Exinde sponte sequitur *mundum esse ens *autem**

et contingens: omnia enim elementa quibus mundus coalescit, incipiunt et in nihilum abeunt, quibus aliae partes sufficiunt interribiles. Si igitur mundus adspectabilis de facto est mutabilis ac interribilis quoad suas partes, abundè constat istas non habere omnem perfectionem, seu esse finitas, et ipsum mundum ita esse ut possit non esse, seu aliis verbis, esse contingentem. Hec omnia ex antea dictis de necessitate et contingencia efflorescent.

Itaque mundus generativi inspectus ut finitus et contingens haberi debet.

2^o pars. At ens contingens, ut jam antea diximus, non existit vi sua naturæ, nec sibi existentiam dare potest, secus ageret antequam sit: hinc mundus est *ens ab alio* (455), seu ab ente necessario.

5. — Agendum est igitur de modo quo existentiam aliundè mundus recipit, nempe querendum est quomodo procedat illud ens contingens ab ente necessario, seu a Deo. In haec disputatione, via eliminationis procedemus, diluendo in primis falsas opiniones, ut ad veram et ab omnibus sorribus expurgatam deveniamus notionem. Hinc 1^o contra Pantheistas demonstrabimus mundum a Deo non procedere per emanationem, verum 2^o per creationem.

§ 1. Mundus non procedit a Deo per remanationem.

6. — Error qui hanc rerum universitatem cum Deo confundit, pantheismus (πανθεῖς) dicitur. Pantheismus igitur generativi inspectus docet Deum esse mundum ipsum, ipsamque rerum universitatem. Juxta Pantheistas, unica existoret substantia, enqua infinita, que sese evolvet per emanationem vel immanationem, ac prout mundus nihil esset aliud quam quedam hujus substantiae infinita evolutio interna vel externa. Hic extialis error nuperime damnatus fuit in Syllabo et in Concilio vaticano.

Pantheismus diversas induit formas, quæ ad duas præcipias reduci possunt, nimis 1^o ad emanationem immanentem, 2^o ad emanationem transeantem.

I. De pantheismo immanente.

7. — Pantheismus rigidor seu immanens ille est qui considerat mundum tanquam evolutionem internam ipsius

Dei. Hæc autem evolutio immanens diversimodè concipiatur a Pantheistis :

I. Quidam, uti iudicat Baruch Spinoza, autumant unicum esse substantiam, cuius omnia entia sunt variae formæ sive individuationes aut manifestations.

Hæc substantia infinita in duplice generaliore, non liberâ sed necessariâ, sese evoluti formam, videlicet 1º in spiritu, qui sunt cogitationes rei individualiter existentes, et 2º in corpora, que sunt illud *objectum cognitionis*: hinc duo sunt substantiae finitæ attributa : *cogitatio* et *extensio*, quæ sub immunitatibus individualibus sese nobis exhibent aspectibus. Substantia igitur unica, cogitans simul et extensa, est mundus. Id quod est a se, et sese evolutus, appellatur a Spinoza *natura naturans*, ipsa evolutione, *natura naturata*. Hæc species pantheismi immanantis emanatio immanens realiter dici solet.

II. Alia species emanationis immanantis est *pantheismus idealis* seu emanatio immanens idealiter. Hæc forma pantheismi, quem profecto ut absurdum fastigium omnibus sensi communis prædictis sese præfert, in eo consistit ut res finitas habeantur tanquam variae manifestations seu *idea* sub quibus Deus seipsum sibi manifestat. Hanc doctrinam, quæ tenuit apud Indos schola Vedantica, nostra aetate refrauencti recentiores Pantheiste germani Fichte, Schelling, Hegel, hec somnia diversè edocentes.

1º Fichte statuit subjectum cogitans et objectum cognitionem esse unum prorsus et idem, nimirum *non Ego cogitans*, simul actuum et passivum. Cum enim facultates cognoscitives sint merè subjectiva, realitatem objecti affirmare nequeunt, quæ non esset aliud quam partus mentis. Dum enim *non Ego* absolutæ activitatæ sua ideas creat, et deinde reflexione in illas reddit, duplice ponit affirmationem : primam seu directam, qua se affirmat seu creat, nempe acquirit realitatem objectivam : *Ego sum Ego*. Ego, sic positum, reflexione concepitur ut subjectum, nempe ut distinctum ab objecto, ideoque sub limitatione *non Ego* seu *objecti*; et inde aliud exsurgit principium : *non Ego non est Ego*: hoc est secunda affirmatio. Tandem ego actuum, quod *non Ego* possit aliiquid ei impertiens se realitatis, limites illos *non Ego* transi-

liens, ulteriores *non Ego* ponit limites, quos iterum eadem affirmatione removet, et sic in infinitum. Dum *non Ego* vigorem hujus affirmationis, *non Ego* limites indefinitè transgredientis, persenit, se ut infinitum agnoscat.

2º Schelling fundamentum systematis a Fichte inventi rejectit, quod in *Ego absolutum* sistit, seu in principio subjectivo quod objectivum producit. Schelling hinc *Ego absolutum* gratis asserto, ut ipse ait, sufficit esse *absolutum*, in quo *objectivum* et *subjectivum* sunt unum quid et idem : hæc duo habent ut primæ determinations absolute, atque ut principia, primum, *philosophia naturæ*, et alterum, *philosophia transcendentialis*.

Objectivum seu existentia ordo, et subjectivum seu ordo cognitionis, sunt identica; et hec abstracta *identitas* objecti et subjecti, ipsius esse et idæ, est *absolutum*. Hoc esse absolutum, quum sit in externo quodam processu aeternaque sui explicacione, in concreto est *ipsum hoc universum* in sua totalitate. Singula verò entia, quatenus habent esse, sunt absolutum ipsum; quatenus sunt in se singularia, phænomena sunt. Igitur in hoc absoluto, esse et cognoscere idem sunt, et non nisi conceptu separantur; quomodo ordo existentiarum exsurgit ex solo conceptu. Illud sistema nuncupatur systema *identitatis absolute*, idèo quia exorditur ab ipso esse absolute, indifferenter respectu ordinis tum cognitionis tum existentie, finiti et infiniti, subjectivi et objectivi : in ipsoque evanescit quelibet diversitas aut oppositio.

3º Hegelii *idealismus absolutus* maximam habet affinitatem cum doctrina identitatis absolute quoad ipsam conclusionem, licet methodus disserendi sit plaus diversa. Idolum ergo præcedenti hand absimile alius iste confudit artifex. Juxta hunc novum rerum molitorem, Deus primo ut nondum ad suam plenitudinem explicatus concepi debet, ac proinde ut *purum esse* in quo nihil sit, nisi ipsum *abstractum esse*; est ergo identicum cum pura et nuda cogitatione qua nihil cogitatur. Hoc purum esse, dum constitutum in conceptu *non fieri*, est identicum cum nihilo : est idea, ens et nihil.

Hæc pura cogitatio seu idea per multas transiens transformationes evolvitur ut sit 1º *universa hæc natura*, cuius

esse universale Deus est, 2^o ut sit *universalis spiritus*, qui per multiplices gradus in suis formis finitis (spiritibus humanis singulis) sui sit conscius; per hunc actum consciendi, scipsum scit ut esse purum, ut naturam, ut spiritum absolutum, sive absolutam ideam, in qua est perfecta identitas omnium. Hinc, siue Schelling ab ontologia auseplicatur, ita Hegel a logica, seu a cogitatione *impersonali* et pura, præscindente nimisrum a qualibet determinatione.

II. De emanatione transeunte.

8. — Systema emanationis transeuntis generatim spectatum in eo consistit ut Deus concipiatur tanquam *sese evolvens*, et ita mundum ex ipsa sua substantia producens. Sed mundus, licet sit de substantia divina, tamen extra Deum transit ab ipsose separatur, sicut fructus ab arbore; verum ejusdem est nature ac essentiae. Omnium igitur rerum semina materiaque in divina substantia preexstiterunt.

Haec doctrina jam reperitur apud Indos in theologia Brahmanica et apud Persas; seculo ix hanc etiam tenuit Scotus Erigena.

9. — Media etate raro quidem se prodidit pantheismus; verutamen confare hanc turpissimam doctrinam impro labore tentaverunt Amalrius Carnutensis et David a Diando (sac. xii), sicut et Jordanus Brunus (sac. xvi), quorum errores a Pantheismo scholae kantiana non valde absidunt.

Pantheista, nomine magis proprio, ante sec. xviii labens, *Athei* dicebantur; nomen pantheistarum vel theopanteistarum recentiori hac etate tantum frequentari coepit.

III. Pantheismi confutatio.

10. — Adeo absurdus est atque rationi et experientiae repugnans pantheismus, ut confutatione propriè dictam vix mereatur: per solam enim expositionem redarguietur. Verum breviter pantheismus sequentibus thesibus confutabimus.

11. — THESIS I. *Pantheismus universim inspectus repugnat experientia et recte rationi.*

1^a pars. Quod pantheismus experientiae repugnet, id manifestum est, nam

I. *Interna experientia* me docet 1^o distinctionem subjecti ab objectis, 2^o proprium personalitem (344-348), 3^o libertatem qua fruor.

Atqui pantheistæ omnes affirmant 1^o realem identitatem subjecti et objecti, 2^o subjectum cogitans non esse unum quid ab omni alio divisum, sed esse quamdam ipsius Dei partem, ideoque non personale, 3^o docent unicum illud ens ineluctabiliter necessitate se explicare; sed ejusmodi explicatio è medio tollit omninam libertatem. Ergo pantheismus experientia internae contradicit.

II. *Experiencia externa* etiam reluctatur. Experiencia enim externa refert realitatem, multiplicitatem et diversitatem rerum. Sensus enim diverse objecta contineantur, quin illo pacto presentiscant eorumdem objectorum realem et physicam identitatem. Atqui, iuxta Pantheistas, haec diversa corpora vel non essent realia, vel realiter essent *unica substantia*. Ergo pantheismus reluctatur externa experientia, qua inter haec entia corporea videt realem diversitatem cum logica tantum unitate ab intellectu detecta.

II^a pars. Pantheismus generatim inspectus rationi repugnat.

1^o Ratio enim docet aliquid non posse simul esse infinitum et finitum, necessarium et contingens, simplex et compositum, immutable et mutable, summè perfectum et imperfectum, ens et nihilum, etc. Atqui pantheismus haec omnia aperte propagnat. Ergo rationi manifestè opponitur.

2^o Ratio etiam ope experientiae certò detegit mundum cum omnibus quibus constat esse contingentem, finitum, mutabilem, etc.; id ceteroquin Pantheista non abdicant. Ex altera parte isti omnes tenent unicam esse substantiam, qua ut infinita concepitur, ac proinde independens, in se rationem sufficientem sui esse habens. Manifesta igitur

exsurgit contradictione inter dogmata Pantheistarum et rationem.

3º Præterea ratio hanc tecum refert ordinem moralem, distinctionem inter bonum et malum; atque pantheismus quamlibet legem moralē ē medio pellit, libertatem atque distinctionem boni et mali revertit: etenim in Pantheistarum sensu, quilibet operatus est sui ipsius regula moralis, siquidem est operatio unica hujus substantie infinita, cuius voluntiones sunt ipsa regula morum. Ergo pantheismus, dum revertit totum ordinem moralem, rationem adversatur.

Nunc aliquid breviter dicendum est de singulis formis pantheismi.

12. — *Thesis II. Pantheismus realis quem struxit Spinoza, propter recessitas absurditates, patentissima nittitur æquivocatione et petitione principii, et propriis principiis revertitur.*

Probatur. Totum systema sequenti nittitur definitione substantiae: « Per substantiam intelligitur, ait ipse Spinoza, id quod in se est, et per se concepit, id est, id cuius conceptus, non indiget conceptu alterius rei ad quod formari debat. » Atqui in hac definitione substantiae 1º latet æquivocatio, nam substantia duplicit dici potest id quod est per se, nimurum 1º, in quantum in se est, et non in alio seu in subjecto; in quo sensu vera est definitio; 2º in quantum a se est, et non ab alio, seu non eget causa ad existendum; et in hæc significacione, quam exclusivè assumpit Spinoza, definitio soli substantiae infinitæ competit. Hinc 2º est manifesta pellitio principiū; in hac enim assumpta substantia definitione jam aperte affirmatur ipsa conclusio, nempe unicam esse substantiam, que est ipsa substantia infinita seu divina. Ergo totum systema turpissima innititur confusione.

13. — *Thesis III. Pantheismus idealis est arbitrarior in principiis quibus innititur, necnon pugnantia perpetuò loquitur.*

Pars I. *Principia quibus innititur pantheismus idealis, sunt prorsus arbitrarioria.*

Probatur. Pantheiste enim ideales 1º struere cupiunt

molimenta scientiarum per remotionem cuiuslibet suppositionis aut elementi empirici, aut etiam ideæ primitivæ vel axiomatis (230). 2º Per hanc absolutam sequentiam a qualibet notione primordiali obtinere conantur immediatum *absoluti* scientiam. Præterea 3º cum agatur de hac immediate absoluti cognitione certò acquirenda, identificari debent a priori, ut res ipsa contigit, subjectum et objectum, ego et non ego, esse et cognoscere: hoc enim postulato freti se unice veram scientiam possidere jactant.

Atqui hæc omnia sunt gratuitè efficta atque a veræ scientie notione prorsus aliena (145). Nemo enim non videt istiusmodi theorias, seu hæc fundamenta, nihil aliud esse quam deliramenta imaginationis turbidae aut insanias impiorum hominum, qui in locum veri Dei sua somnia aut blasphemias substituant. Patet igitur fundamenta hujus erroris esse arbitraria prorsus et vana.

II pars. Pantheismus idealis in suis deductionibus perpetuo sibi contradicit.

Probatur. Etenim 1º componere vult fluxum perpetuum *absoluti* cum ejus perpetua immobilitate; nam illud esse unicum est *absolutum* et *infinatum* actu, et simul capax remanent perpetui incrementi aut decrementi. 2º Pantheismus ille sequat esse et nihilum. 3º In hac hypothesi, Deus in se specatus, præscindendo ab existentia finita creaturarum existens realiter non esset, et tamen concipiatur ut esse purum et fons adequatus cuiuslibet realitatis. 4º Absurdum præterea est ut illud esse purum sit *ego* et non *ego*, sit ideo sine realitate, et simul exordium ordinis realis. Denique 5º contradictionem est ut non modo abstractio sit sine re, sed etiam ut habeatur tanquam causa rei physice. Pantheismus igitur est absurdus in suis deductionibus, sicut in suis principiis.

Hæc satis superque sufficient ut ii qui sensu communis, quantum satis est, instructi sunt, risu exipient illa Transcendentialem dramenta.

§ II. Mundus a Deo procedit per creationem.

14. — *Explosa hac inepta pantheismi fictione, ad veram mundi originem indagandam devenimus.*

Jam antea diximus mundum a Deo procedere : porrò ex hactenus probatis, a Deo non procedit per emanationem. Ergo remanet ut procedat per effectiōnem quae sit vera et proprie dicta creatio.

Quid est creatio? Per creationem intelligitur effectio entis ex nihilo, scilicet ex nullo subjecto præexistente, tanquam ex materia præacente. Particula *ex* in definitione designat tantum ordinem juxta quem nihilo succedit ens.

Creatio fit in indivisibili momento, quod omnem successionem excludit; non fit in tempore, licet sit principium temporis; creatio enim non est *mutatio*, qua in eodem subiecto statum primum semper subaudit. In mutatione tria inveniuntur; terminus *ad quem*, terminus *a quo*, *subjectum*: haec duó ultima deficiunt in creatione.

15. — Creatio sumi potest bifariam, *actiæ* scilicet et *passiæ*, seu creatio alia est activa, et alia passiva.

Creatio *actiæ* ea est que producit aliquid ex nihilo; est sola Dei voluntiæ efficax, qua vult hanc ex nihilo fieri creaturem que antea non erat. Propriè ergo non est actio transiens, nam nulla actio divina propriè transiens est; sed solummodo ratione termini seu effectus, qui fit extra Deum, nuncupatur transiens.

Creatio *passiæ* ea est que extrinsecus terminat hujusmodi productionem ex nihilo, seu est ipsam creatura ex nihilo producta ac relationem realem dependentiæ ad Deum creatorum dicens.

Productio igitur creature, prout respicit Deum creatorem, dicitur creatio activa; prout vero consideratur per ordinem ad ipsam rem creatam dicitur passiva.

16. — Hinc creatio est relatio mixta; activa enim creatio non est aliquid reale in Deo, siquidem ad creaturam realiter non refertur Deus, qui nullo pacto rei create obnoxius esse potest: non aliquid novum fit in Deo dum existentia creature. Verum, ex parte creaturæ, relatio ad creatorem realis est, nam quidquid realitatis est in ipsa re effecta, dicit ordinem realem dependentiæ a suo principio.

17. — THESIS I. Deus creare potest.

Prob. Deus est primum ens; ergo et primum efficiens. Atqui si Deus, nisi alio concurrente, non posset aliquid producere, seu creare, jam non esset primum efficiens. Ergo potest producere aliquid ex nihilo, seu creare.

Confirmatur. Si enim requireretur aliud, quo nisi mediante, Deus aliquid non produceret, illud adjuvans vel esset a Deo productum vel non: si non, jam foret ens a se, independens et æque primum efficiens ac ipse Deus. Ex hac ergo hypothesi, sequeretur Deum non esse primum efficiens, neque verè independentem et infinitum. Si producitur a Deo, tunc aut immediatè creatur, nullo alio concurrente, aut dabitur processus in infinitum, et sic nullum erit primum efficiens. Ergo vis falsitate antithesis elucescit probatio veritas.

18. — THESIS II. Ad creandum, juxta probabiliorem sententiam, requiritur virtus infinita agendi, et idcirco vis creandi creaturis communicari nequit.

Nota. Nonnulli theologi dicunt: « nulla sufficienti ratione ostendi repugnare simpliciter creature potentiam creandi »; itaque negant ad creandum requiri vim infinitam, ac consequenter autumant Deum de *potentia absoluta* vim creatricem posse creaturis communicare. Sed contra sententia est communis apud Scholasticos.

Prob. 1^o Virtus infinita necessaria est ad productionem effectus ex nihilo. Atqui simpliciter repugnat ut creatura vim infinitam habeat. Ergo vis creandi creaturis deferri nequit.

Probatur major. 1^o Tanta requiritur virtus in agente, quanta est superad distantiā inter non esse effectus et illius productionem. Atqui inter esse quod recipitur per creationem, et non esse quod ipsum creationem antecedit, est distantiā infinita, quippe cùm contradictione simpliciter opponantur termini. Ergo ad creandum requiritur vis infinita.

2^o Inter virtutem creandi unum et virtutem creandi quolibet creabile, non potest dari nisi gradus maioris vel minoris exercitii ejusdem efficientiæ; atqui virtus creandi

quolibet creabile est evidenter infinita; ergo cum virtus creandi unum sit ejusdem ordinis, debet esse infinita.

2º Scotus aliquam moralem afferat rationem quare creatore communicari nequeat vis creandi. Nobilissimam actionem, inquit, qualis est creatio, non nisi a nobilissimo ente exerceri decet. Ergo haec virtus creatrix soli Deo competit.

19. — *Scholium.* Istae probationes et omnes aliae que afferri solent non sunt prorsus apoditicæ, et exinde, ut animadvertis Suarez, *efficacissima ratio* ea est que ex principio fidei sumitur. Hinc propositio haec *certa* potius quam *evidens* dici debet.

20. — *THESIS III.* *Eternitas mundi, seu, aliis verbis, attributum eternitatis cum aliquo subiecto quod sit res creata, intrinsecus repugnat.*

Nota 1º. Non agitur de *facto*, circa quod nulla potest existere controversia inter catholicos, sed dumtaxat de absoluta repugnancia mundi aeterni. Ad factum ipsum demonstrandum valet a *fortiori* sequens argumentatio, cui tamen aliae adjici possent rationes ex mundi in concreto spectati indole deducere.

Nota 2º. Circa hanc questionem dantur plures sententiae. Alii, ut sanctus Thomas, Suarez, et major pars scholasticorum existimant repugnantiam creationis ab aeterno non evidenter demonstrari. Libenter tamen fatentur rationes, quibus haec absolute repugnancia adstruitur, aliquam probabilitatem retinere; sed docent eas apodeticam non confare demonstrationem. Oppositam sententiam, praeter Albertum magnum, S. Bonaventuram, Petavium, Gordilium, etc., tenent plures Patres Ecclesie, inter quos eminent S. Basilius et S. Augustinus.

Prob. I. Si mundus semper fuisset, *actu existenter* multitudine infinita: numerus enim diierum anteactarum esset infinitus; praeterea infinito quotidie fieret additio. Atqui 1º multitudine actu infinita repugnat (447); 2º necnon ratione manifeste repugnat quod infinito quotidie fiat additio. Ergo impossibile est ut concipiatur creatio passiva ab aeterno.

METAPHYSICA SPECIALIS. — COSMOLOGIA.

13

II. Si mundus esset ab aeterno, successio praeterita infinita evaderet; atqui eodem modo potest concepi futura successio etiam infinita. Ergo essent duo infinita quorum unum alteri succederet.

III. Multa alia afferri solent argumenta contra possibilitem creationis ab aeterno: v. gr., 1º causa debet precedere effectum; ergo aliquid mundo anterius concepi debet; 2º implicat contradictionem ut res producta non habeat initium, ideo quia esset simul producta et improducta, etc.

21. — *Rationes 2º sententia.* Qui tueruntur possibilitem aeternæ creationis sequens afferunt argumentum, quod fuit evolutum a S. Thoma in opuse. *De aeternitate mundi.*

Eternitas mundi non repugnat, sive ex parte Dei, sive ex parte mundi, sive denique ex parte ipsius creationis; atqui repugnantia repeti nequit nisi ex parte unius aut alterius horum trium. Ergo possibilitas mundi aeterni admitti potest.

Prob. major. 1º Non repugnat *ex parte Dei*; nam Deus nunquam fuit facultate creandi destitutus, ac proinde semper creare potuit; 2º neque *ex parte mundi*, nam ad rationem effectus non requiritur ut hic duratione sequatur causam sed dumtaxat ut natura sit suo principio posterior, aliis verbis, ex parte cause non requiritur prioritas chronologica, sed sufficit naturæ prioritas (394 et 395). 3º Neque *ex parte ipsius creationis*, nam in instanti peragitur creatio, que proinde nullam temporis importat successiōnem.

22. — *Corollarium.* Ex dictis etiam constat materiam realem et physicam, ex qua mundus conflaretur, non esse sempiternam, siquidem probavimus mundum ē nihil educi per creationem. Praeterea materia non est *a se*, nam ens a se essentialiter est unicum, simplex, immutable; porrè materialia elementa sunt plurima, extensa, mutabilia, etc.; imò materia est essentialiter indifferens ad existendum. Ergo est ens ab alio, seu educitur ē nihilo per creationem, sechū absurdū diceretur materiam ab ipsa materiali produci.

23. — TESIS IV. *Mundus quadam tenus tantum, non autem absolute, conscri potest omnium possibilium optimus.*

Nota 1^o. Finis rerum ultimus est manifestatio divinae glorie; quapropter gradus quem Deus huic manifestatio pro libito praefinivit, est hujus mundi causa finalis. Affirmamus dumtaxat mundum esse omnium possibilium optimum respectu hujus finis consequendi.

Nota 2^o. Juxta Leibnitium ejusque discipulos, hic gradus perfectionis, quem Deus ut mundi finem præstituit, esset omnium possibilium maximus. Hæc doctrina, juxta quam hie mundus ceteris omnibus possibilibus ita antecelleret ut nullo pacto aliquid melius condi potuisse, optimismus nuncupari solet.

Probatur prima pars, nempe mundum intuitu finis præstituti esse omnium possibilium optimum. Finis quem Deus in rebus crevandi intendit, est manifestatio divinae perfectionis; divina enim bonitas non potest velle quemcumque extra se sunt, nisi propter seipsum, ut demonstrabitur in theologia naturali; inde ad suam gloriam, non internam, qua rebus finitis promoveri nequit, sed externam, id est, ad divinarum perfectionum manifestationem, Deus hoc universum plasmavit. Atqui consentaneum est divina sapientia ut media fini proposito *optimum* accommodentur. Ergo mundus, cuius finis est hæc manifestatio divinae perfectionis, seu hic gradus manifestacionis, debet huc fini rectissime congruere, ac idecō, posito illo fine quem Deus intendit, hæc rerum universitas non potest esse melior, seu huic fini perfectius collineare.

Secunda pars. Mundus non est omnium possibilium, *absolute* loquendo, maximus.

Prob. 1^o Voluntas divina non necessariò determinatur, sed libera est in electione gradus perfectionis quem mundo præstituit; atqui in doctrina Optimismi Deus ad optimum seligendum necessariò determinaretur, ac proinde in ordine universi condendo liber non remaneret. Ergo falsum est Leibnitii sistema.

2^o Perfectio mundi consistit in gradu quo manifestat divinas perfectiones, seu gloriae Dei externæ inservit;

atqui perfectiones infinitæ ab opere finito semper magis ac magis manifestari possunt. Ergo mundus praesens non est perfectus usque eō ut præstantior manifestatio divinarum perfectionum absolutè haberi nequeat.

ARTICULUS II.

De Spatio.

24. — Deus mundum collocavit in spatio, et exinde, postquam de origine mundi generatim inspecti tractavimus, remanet ut de spatio eloquamur.

Spatii notio haberi debet ut quoddam genus ad quod referuntur *loci* et *vacui* notiones, tanquam species. *Spacium* enim animo effingere solemus ut extensionem indeterminatum et vacuum, in qua omnia corpora locantur. *Locus* dicitur determinata quedam hujus spatii pars quam corpus occupat. Quando è contrario consideratur pars spatiī in qua nullum insedit corpus, hanc partem *vacuum* appellanus.

§ I. De spatio speciatim inspecto.

25. — 1^o Spatium sepenumerò *conceptivus* velut capi- citatem locandorum omnium corporum, cui adjudicamus trinam dimensionem. Verum hic conceptus nihil aliud exhibet quam spatiū realis possibilitatem, cui imaginando tribuinus existentiam realem. Sed hoc spatium non est spatium reale, cuius notioem rimari cupimus.

2^o Strictius ergo querere debemus quid sit spatium, seu potius quenam *realitas* conceptu spatiū respondeat?

In aperienda spatiū natura non convenient philosophi, quorum præcipuis paucis verbis recensēbimus sententias:

1. Plerique veteres philosophi opinati sunt spatium esse extensionem quamdam corpoream ab æterno existentem et increatam, actaque infinitam. Sed hæc sententia patenti laborat absurditate; nam 1^o extensio actu infinita repugnat (448), ac proinde spatium actu infinitum implicat contradictionem. 2^o Spatium increatum, a Deo independens, esset ens a se: quod a recta ratione non minus abhorret. Ergo falsa est hæc sententia.

II. Alii, ut Clarkius Newtonius putant esse ipsam Dei

immensitatem, seu quoddam divinae substantiae attributum. Haec sententia, ut per se patet, analogiam aliquam habet cum superiori, in quantum considerat spatium ut aliquam expansionem actu infinitam. Attamen non est minus absurdia ac superior; nam præterquam quod dicit ad pantheismum, ex partibus in se finitis immensitatem Dei confundat, que proinde conciperetur ut extensio infinita, in qua sunt partes extra partes. Atqui immensitas divina, que a substantia divina non realiter distinguatur, simplicissima est atque a formuli extensione prorsus abhorrens. Id manifestum faciemus in Theologia naturali. Ergo.

III. Kantius docet spatium esse quoddam intuitionem puram ab experientia, independentem, seu formam subjectivam facultatis sentiendi. Haec sententia 1^o inducit idealismum, atque 2^o extensionem corporum objectivam a nostra cognitione porsus arret. Falsitatem hujus opinacionis coarguemus cum agemus de toto systemate.

Ad veram spatiū notitiam nobis comparandam ab ordine reali conceptum ducerem debemus; hinc :

26. — THESIS I. *Spatium reale est extensio realis in qua corpora continentur.*

Probatur. Spatium reale mensurationi realiter obnoxium esse debet; atqui cum spatium metiri volumus, distantiam qua inter extremas superficie corporum partes existit, unicè exquirimus; quapropter demptis ipsis corporibus, spatium mensurationi reali non remanet obnoxium. Ergo objectivè et realiter non potest consistere nisi in ipsis dimensionibus extensionis eorumdem corporum.

27. — *Schol.* I. Spatium mundanum, quod exsurgit ex mundanis omnibus corporibus, serie continua coexistentibus, non potest aliud esse quam extensio continua in qua continentur haec corpora. Porro continua extensio (350) est integrum quoddam, quod ex indivisibilibus non componitur (471, *Cor.*), sed est sine fine mathematicè divisibile (1); secus :

1º Continuum idem esset ac contiguum. At conceptus

(1) S. Thomas, *de Sensu et Sensato*, lect. 15, et in aliis operibus, passim

sunt diversi : extensio enim continua (350) ea est in qua partium extrema sunt unum, dum contiguum est id eius extrema sunt simul, nempe se contingunt.

2º Præterea impossibile est ut determinetur pars indubitate aliecius continui propriè dicti; puncta enim illa hypotheticè indivisibilia, que haberentur ut termini ultimi divisionis hujuscem continui, nihil aliud menti exhibent quam limitem quendam hypotheticum et indeterminatum aliecius divisionis, que sine fine protrahi potest.

28. — *Schol.* II. Spatium potest dividiri in *internum* et *externum*. Spatium internum stat in tria dimensione extensionis corporum; spatium externum consistit in dimensionibus unius corporis, prout ad corpus aliud inter eas collocandum ipsæ referuntur. Illud spatium, revera concipi nequit quoniam cogitetur extensio aliecius corporis, quod ibi locari possit. Igitur si non essent corpora, spatium sive internum, sive externum in nihilum abiit.

29. — THESIS II. *Spatium absolutum nihil aliud objectivè est quam possibilis spatiī realis.*

Probatur. Spatium illud absolutum non est aliud realiter existens, ut constat ex dictis; atqui non est nihilum purum, siquidem positivè intelligitur. Ergo est aliud possibile fundatum in ipsa realitate existente, seu est mera possibilitas spatiī realis.

30. — *Scholium* I. Ad confundandum hunc conceptum spatiī imaginarii simul concurrent intellectus et imaginatio. Intellectus a spatio reali exordiendo illud abstractum a qualibet determinatione particulari : effectus hujus abstractionis est spatium ideale, cui imaginatio aliquam tribuit realitatem physicam; quam ob causam *imaginarium* appellatur.

31. — *Scholium* II. Immensitas divina potest aliquo sensu haberi ut fundamentum spati possibilis : immensitas, non absolute sumpta, sed prout connotat spatium reale, quod potest ei coexistere, quodammodo est spatium imaginarium (1).

(1) Lessius Lib. 2 de Atrib. c. 2.

§ II. De loco.

32. — Spatium generatum inspectum seu absolutum habetur ut possibilis extensionis, dum locus est spatium certis limitibus determinatum. Iste limites possunt esse vel reales vel idealles, prout sunt superficies corporum realium vel possibilium : inde locus dicatur *realis* vel *idealnis*.

Locus, non secus ac spatium, dividi solet in intrinsecum et extrinsecum : est *extrinsecus*, quando concipitur ut externa superficies rei locatae; dicitur *intrinsecus*, quando consideratur totum spatium a corpore ipso occupatum. Locus extrinsecus determinat limites loci interni.

Verum aliquid in loco esse potest dupliciter, nempe *circumscripsione* et *definitivè*.

1º Aliquid dicitur in loco *circumscripsione*, quando substantia tota est in toto loco, sed non tota in singulis loci partibus; diversas enim loci partibus respondentem diversae partes rei locatae : ita, v. g., corpus avis est in aere. Hoc modo existunt in loco substantiae omnes corpora.

2º Aliquid dicitur in loco *definitivè*, quando ita est in spatio definito ac terminato ut secundum se totum sit in toto loco, et simul in qualibet loci parte : v. g., animus humanus in corpore. Ita spiritus dicuntur esse in loco, saltem quando eorum actio ad certos limites definitor quos excedere nequit. Quamobrem Deus non potest dici in loco *definitivè*, quia virtus ejus nullis limitibus definitor : omnibus rebus et spatis Deus praesens est intimè ac interminabiliter, intus replens, foris ambiens, sursum regens et infra sustinens. Quare Deus dicitur in loco, seu praesens loco *immense*; modus ille essentialiter differt ab aliis.

33. — THESIS I. *Locus extrinsecus est superficies ultima et immobiles corporis aliud ambientis.*

Probatur. Nomine loci intelligitur illud spatium in quo res continetur; seu illud quod ipsum *locatum* continet; atque superficies ultima corporis ambientis continet primam superficiem corporis illius quod locatur : v. g., ultima aqua superficies continet primam superficiem cor-

poris immersi. Ergo locus extrinsecus de quo hic agitur, merito describitur, post Aristotelem, superficies ultima et immobilia corporis aliud ambientis.

34. — THESIS II. *Corpora naturaliter sunt in loco circumscriptiōē.*

Probatur. Quaelibet pars aliquius corporis certum aliquod spatium occupat a spatio quod occupant alias partes diversum; itaque licet totum corpus circumscrivatur per locum *extrinsecum*, tamen partes varie diverso habent limites in loco *intrinseco*. Ergo corpus natura sua est in loco *circumscripsione*.

35. — THESIS III. *Spiritus non sunt in loco circumscriptiōē, sed definitivè.*

Probatur. Spiritus, ut substantia simplex ac quantitate formaliter carens, non potest esse in loco *circumscripsione*, seu per partes diversas in diversis loci partibus; atque spiritus realiter esse possunt in loco, ut constat ex anima rationali, qua est in corpore et non extra corpus; ex altera parte spiritus seu creaturæ pure spirituales non sunt immense, ac prouide ubique; sed eorum praesentia definiti potest in certo loco. Ergo spiritus est in loco *definitivè*, seu totus in toto loco, et totus in qualibet loci parte.

36. — *Scholium.* Spiritus sunt in loco, non *per se*, sed *per accidens*: spiritus enim cum extensione careant, *per se* in loco non sunt; sed cum corporibus praesentes esse possint quoad substantiam, idè in locis que a corporibus occupantur, esse possunt.

37. — THESIS IV. *Idem corpus supernaturaliter potest esse simul in diversis locis definitivè; et potest esse in uno circumscriptiōē, et in alio definitivè.*

Probatur ex facto. Hee enim propositio, quoad omnes partes, fide constat :

1º Christi corpus in adorando Eucharistiae sacramento est modo *indivisiibilis* in omnibus hostiis consecratae partibus, et in omnibus locis in quibus hostiis consecratae reperiuntur. Ergo idem corpus simul in diversis locis indi- visibiliter esse potest.

2º Idem corpus venerandum est in celo *circumscripsione* et extente, dum in altaris sacramento est *definitivè* tantum.

Ita etiam, dum suis apostolis sacrosanctum suum corpus tradidit, sub qualibet panis consecrati particula erat *definitivæ*; idem vero Christus Dominus, qui illis porrigebat has consecratas particulas inibi erat *circumscripti*. Ergo ex facto constat idem corpus posse simul esse 1^o in pluribus locis definitivæ, 2^o in uno loco definitivæ, in altero circumscriptive.

38. — *Schol.* I. 1^o Christus Dominus est presens in altaris sacramento quasi definitivæ, et modo inextenso. Dicimus quasi definitivæ politis quam definitivæ, quia licet sanctissimum Christi corpus sit presens ad medium spiritum, nempe secundum se totum correspondet tali loco et singulis ejus partibus, tamen remanet verum corpus, in modo idem numero corpus quod est in celo: sed in *satio sacramentali* existit modo inextenso ad spatium, seu retinet tantum quantitatem internam (360).

2^o Replicatio corporis Christi in *satio sacramentali* *intrinsecus* non repugnat. Contradictria enim esset replicatio que idem corpus in se unum, efficeret multiplex. Sed replicatio de qua agitur, non multiplicat corpus, sed dimitat externas ejus relationes ad locum. Sed de hac re apud theologos.

39. — *Schol.* II. *Corpus naturaliter* in uno tantum loco circumscriptivæ, eodem tempore, uno loco possit, ut per se patet. Verum *supernaturaliter* fieri possit ut corpus, licet circumscratur in uno loco, possit tamen simili esse in aliis locis, *circumscripitione*: ita Suarez, Bellarmine, etc., contra Vasquez et alios qui negant. Scimus enim corpus Christi sanguis in terra modo extenso apparuisse; verumtamen eodem instanti probabilitas est etiam in celo. Frater in vita sanctorum plura habemus exempla dubius *replicationis circumscriptivæ*.

Tandem Christus existsit in celo circumscriptivæ, faciliter possit etiam existere circumscriptivæ in terris, quam definitivæ; nam modus existendi sacramentalis est supernaturalis, dum presentis circumscriptivæ est naturalis.

Verum explicari fieri possent facti replicationis circumscriptivæ per *corpus tantum apparentem*, non autem per realen replicationem. Nihilominus, licet possit replicationis circumscriptivæ non possit evidenter ratione demonstrari, tamen ex altera parte, non constat hanc replicationem realem *metaphysicè* repaginare, ac proinde supernaturaliter fieri non posse. Ergo remanet possibilitas ex factu deducta, et proinde ad factorum possibiliter explicandam non est cur ad quandam visionem imaginariam vel ad externas species aut ostensa inanis configuramus.

40. — *THESIS V.* *Metaphysica non repugnat plura corpora in eodem loco simul coire.*

Nota. Non agitur hic de possibiliitate secundum consuetum natura ordinem, sed de absoluta et metaphysica possibiliitate.

Probatur. 1^o Impenetrabilitas est vis qua corpus impedit ne locus quem occupat, ab alio corpore occupetur, se prius non expulso; atqui quamlibet vim causarum secundarum Deus vincere potest, siquidem haec vis nunquam

est infinita. Alias nulla contradictria ostendi potest, in eo quod duo corpora conservent distinctionem materiæ corporalis et dimensionum absque diversitate situs.

Prob. 2^o Impenetrabilitas est naturalis proprietas quantitatis molis (358), minimè vero proprietas essentialis (300). Ergo impenetrabilitas supernaturali modo potest separari a quantitate; ideoque corpus potest, citra mutationem essentialiem, reddi penetrabilem.

41. — *Corollarium.* Miraculosè ergo fieri potest quod corpus aliquod naturaliter extensem et impenetrabilem postea extensione et impenetrabilitate, ac proinde praesentia Christi sub tota hostia et sub qualibet hostia parte non pugnat cum corpore natura.

S III. De vacuo.

42. — Vacuum opponitur loco, quia nihil aliud est quam spatum carens omni corpore quod contineare potest.

Vacui nomen potest usurpari vel *ad vulgi sensum vel philosophicè*.

Priori modo sumptum significat spatum nullo corpore solidò plenum: v. g., dolium vino destitutum. Sumitur philosophicè quando spatum *omni prorsis* corporis distinctum significat.

Vacuum dividitur in *imaginarium* et *reale*. Vacuum *imaginarium* est illud quod extra mundi fines concipiuntur. *Reale* est quod limitibus realis corporis circumscrribitur.

43. — *THESSIS.* *Vacuum imaginarium non est positivum, sed negativum.*

Probatur. Deus novas creaturas producere potest extra hujus mundi ambitum; atque loca, quae tunc occuparentur, vi hujus relationis, non realis sed possibilis tantum, ad nova corpora, habent rationem vacui. Ergo illud vacuum, in quantum actu relations reales a se removet, *negativum* dici potest.

Scholium. Vacuum in se nihil est, sed hoc non impedit quin nihil illud limitibus realibus definatur, et tunc dicter vacuum positivum. Quoniam autem nullus limitis realis est capax, dici potest negativum in sensu theses.

CAPUT II.

DE MUNDO VISIBILI, QUOD PRECIPUA ENTUM GENERA QUIDUS COALESCIT.

44. — Huc usque mundum generatum inspectum consi-

deravimus : nunc autem de mundo corporeo agemus quoad praeclipsas entium classes quibus constat. Porro haec entia ad duplex genus revocantur, nemirum 1º ad corpora inorganica, 2º ad corpora viventia, et idecirco in duplice articulum praesens caput distribuimus.

ARTICULUS I.

De corporibus inorganicis.

45. — In hoc articulo agemus de natura corporum. Quæstio hæc de corporum natura difficultissima est, ac magna obscuritate et incertitudine obvolvitur; qua de causa ad hujus questionis solutionem plura exorta sunt systemata, qua ad tria genera locurae recovari possunt. Haec sunt 1º sistema atomicum, 2º sistema dynamicum, 3º sistema scholasticum. Enimvero corpora aut sola realitate extensa constant, aut solis viribus simplicibus essentialiter composita sunt, aut denique realitate extensa simul et aliqua vi simplici coalescent: hinc tres sunt hypotheses essentialiter diverse. Due priores sententiae minus probanda nobis videntur; itaque systemati scholastico suffragam.

Vix remotione progediemur in hac disputatione, considerando imprimis, brevi quidem, falsas aut minus probandas explicaciones; deinde sistema scholasticum expomus et propugnabimus.

§ 1. Falsus aut incompleta systemata circa naturam corporum.

46. — *De sistema atomico.* I. Systema atomicum apud antiquos philosophos, Anaxagoram, Empedoclem, Democritum, Epicurum, etc., jam invaluerat, quod recentiores, Cartesius, Newtonius et alii renovarunt. Juxta commemoratos philosophos, corpora componuntur ex primitiis quibusdam corpusculis inter se diversis, quæ *atomī* nomenupata fuerunt, idèo quia sunt indivisibilia. Diversitas autem rerum exsurgit ex varia atomorum dispositura, ordine, etc., que in motu locali suam haberent causam. Attamen, ut nonnullis videtur, quibus non suffragatur Cartesius, qui particulas facit cubicas, ipsæ molecule primitive haberent diversas figuræ, quinimò diversas substantiam: juxta Anaxagoram et quosdam veteres, tot essent species molecularium quot sunt species corporum, dum in aliorum sensu, essent dumtaxat quatuor species atomorum primitivarum: terra, aqua, aer et ignis. Inter

recentiores, magna etiam reperitur diversitas in expli- canda natura elementorum primitivorum.

II. Conatus et industria physicorum praesentis etatis illud sistema aliam induit formam quo^t *atomismus chimicus* dicitur. Illud sistema quod nuperime RR. PP. Tongiorgi et Palmieri aeriter propugnarunt, duo distinguunt genera corporum, *simplicita* scilicet et *mista* seu compo- sita; *simplicita* dicuntur, quæ in plura corpora diverse nature resolvit nequeunt; *mista* composita vocantur.

Corpora omnia seu composita per analysis chimicam in moleculas ultimas, seu omnino simplices, solvi possunt, quæ proinde ulterius in alias particulas dissolvi chimice nequeunt, et exinde dicuntur *atomī primitivæ*, vel *corpora simplicia*. Diversitas illorum atomorum simplicium diversam corporum naturam explicat.

In atomis ipsis *extensio* et *vis* resistendi inveniuntur, tanquam proprietates essentiales.

Vis, qua uniuersi atomi primitivæ, dicitur *cohaesio*, quando viget inter atomos homogeneas, et *affinitas*, quando moleculas heterogeneas glomerat.

Ex diversa cohesionis vel affinitatis gradibus ratio redditur distinctionis corporum in solida, liquida, aeriformia; sed tota diversitas substantialis inter entia corpora venit ab ipsis diversitate atomorum.

47. — *THESSIS I.* Systema atomicum est impar ad compositionem corporum explicandam.

Probatur I quod *atomismum purum*. Illud enim sys- tema multis labori vitis: 1º essentiali moleculari non explicat, nam moleculis aliquam tribuit extensionem; atqui extensio non potest concepi quin partes habeantur extra partes. Ergo haec elementa aliquam habent compositionem, nemirum aliqua cohesione fruuntur, qua partes que atomis rationem extensionis tribuant, copulantur ad unum aliquod efformandum. Patet ergo illud sistema ad primitiva rerum elementa usque non devenerit.

2º Non reddit rationem sufficientem constitutionis corporum; nam motus localis, quo jungerentur atomi ad efformanda corpora diversa, non sufficienter explicat hanc mirabilem et harmonicam corporum varietatem.

II. Atomismus chimicus etiam est impar ad hanc compositionem explicandam.

1^o Elementa primitiva materiali analysi obtinentur, que corpus in sua principia chimica resolvit; atqui haec analysis non probat ejusmodi principia chimica esse primordia omnia ac simplissima corporum elementa. Etenim 1^o qui scientis physicis operam dant, contrarium libenter fatentur, quippe cum ipsis doceant « illa corpora dici simplicia ex quibus hucusque analysis chimica non potuit inventire nisi unam eademque substantiam (1) », idea aliqui eorum ad diversa configuant systemata circa naturam molecularium primitivarum. 2^o Numerus corporum simplicium crescit, licet experimenta plerunque versentur circa eadem composita. 3^o Analysis chimica resolvere intendit composite in corpora simplicia, que scilicet ultiorem analysis chimicam effugiant; sed nihil manifestare valet de natura intima corporis simplicis (2). Ideoque illud sistema questionem metaphysicam de natura corporum non attingit; ad atomorum essentiam devenire nequit analysis chimica, que profecto non posset formam simplicem, si adest, a materia prima segregatam servare: corporum compositorum resolutio in corpora pluribus substantiis corporeis non constantia est ultimus ejus terminus possibilis.

2^o Diversitas corporum, etiam iisdem elementis chimicis constantium, explicatur in hoc systemato per solam attractionem molecularum. Atqui omnes leges attractio- nis, quas ponunt chalcioi, nihil quidquam valent ad hanc diversitatem enucleandam, in modo factis sepenumero refuta- rentur. Ergo illud sistema aliudquod elementum es- sentialiter negavit, ac proinde est impar ad rem explicandam.

48. — *De systemate dynamico.* Illud sistema varias etiam recepit formas a diversis auctoribus, et exinde variaria quoque accepti nomina.

1^o Juxta Leibnitizium, corpora naturalia nihil aliud sunt

(1) Berzelius, Dujardin, Bouchardat, Pelezez, etc.

(2) « On dit qu'ils [les corps] sont simples, parce qu'on n'a pu jusqu'ici les décomposer en des éléments plus simples. » Dujardin, Hist. d'hist. nat., Matière. Est verior definitio corporum simplicium in sensu chimistarum. Quare physici hodierni 36 corpora simplicia loco 4 elementorum habent veteris Physicæ.

quam quedam congeries substantiarum simplicium quas monades appellat, queque non sunt extensæ, nec figuratae, verumtamen admodum dissimiles. Iste monades spatium non occupant, sed praeditae sunt quodam appetitu quo se movent. Iste internæ mutationes harmonice conspirant cum aliarum monadum mutationibus, et sic inter omnes habetur *harmonia præstabilita*. Ex monadum conjunctione fiunt corpora. Hic dynamismus nuncupari solet *systēma elementorum simplicium*.

2^o Rogerius Boscovich hanc theoriam renovavit atque maximè illustravit. Juxta hunc auctorem, elementa simplicia, perfecta homogenea, vi attractiva et repulsiva praedita sunt, ex quibus exsurgit physica corporum exten- sio. Per quadam matheseos formulas hanc legem attractionis et repulsionis explicat, ita ut ex conflictu harum virium exsurget non modo extensio, verum etiam varietas, et omnes proprietas corporum.

3^o Kantius alium etiam evolvit dynamismum. De exten- sione rationem reddit per duas vires motrices. *Repulsi- ta* in hac expositione explicat quomodo partes sint extra partes; verum si sola operaretur, ista partes in totum spatium dispergerentur; hinc vis *attractiva* requiratur, quæ seorsim reducet omnes partes in punctum mathemati- cū; primaria ergo vim ita colibet hanc secundā, ut partes tales spatium occipient; eo pacto exsurgit extensio corporum, que prōinde est merum phænomenon, sed *genere*, nempe omnibus corporibus commune. Præterea sunt aliae vires, quibus phænomena *particularia*; seu id quod est singulis corporibus proprium, explicantur: istae vires, secutus ac superiores, secundum finem non externam sed *internum*, operantur, et exinde dicuntur *plasticae*.

4^o Denique Henricus Martin aliquod sistema eclecticum afferit quo purus atomismus cum dynamismo admiscetur. Juxta illud sistema intermedium, atomi primitivi, con- starent simul materia, son *realitate extensa*, et si sive attrahendi, sive repellendi. Sed hæc forma dynamismi vix differt a systemate scholasticō: discrimin enim in eo est quod dynamiste illi solam vim admittunt, dum scholastici per formam substancialē intelligent realitatem ex vis, tanquam a fonte, dimanat, ut mox dicemus.